657.

175

176

Zemovitus dux Mazoviae fatetur se à Vladislao rege castra, terras, civitates & iure haereditario possidere.

Semovitus Dei gratiâ dux Mazoviae &c. Ad universorum notitiam et futurorū quorum interest, presentia cupimus efficaciter et volumus devenire. Quomodo à serenissimo principe et domino domino Vladislao Dei gratiâ rege Poloniae & domino nostro gratiosissimo castra, terras, civitates, districtus, et possessiones videlicet Belz, Lubaczow, Tholsko, Hrabowecz, Hrodlo, Sewlosch, et Lopatyn, cum eorum sortibus et pertinentiis ac proventibus universis, quomodolibet ad dicta castra, terras civitt, districtus, et possessiones spectantibus, nec non cum omni iure haereditario et totali dominio tenemus, habemus, et realiter possidemus. Praeterea si quod absit, medio tempore cum ipso domino nostro rege super ipsis castris, terris, civitatibus, districtibus, et possessionibus

et possessionibus predictis non concor-
daverimus, seu ad competentem compo-
sitionem non devenerimus, extunc pre-
dicta castra, terras, civitates, districtus,
et possessiones contra voluntatem ipsi-
us domini nostri regis tenere non de-
bebimus nec possidere. Nihilominus ta-
men cum repromissionibus ipsius domi-
ni nostri regis, seu obligationibus nomi-
ne ipsius domini regis factis, et fide-
iussoria cautione constructis in foro
ipsius terre Russie nobis factis, et
quomodolibet ordinatis, nullatenus disce-
dentes. Cum autem cum ipso domino no-
stro rege super singulis premissis con-
cordaverimus, seu ad competentem compo-
sitionem devenerimus presentes ultius no-
lumus fieri efficatie vel valoris. Harū
testimonio literarum, quibus nostrum si-
gillum presentibus est appensum. Datum
Cracovie feriâ quintâ in crastino
sub anno Domini millesimô tre-
centesimô nonagesimô quintô.

Ta kopia przepisana z oryginału pargaminowego 1785. Dnia 13. Maia
od ktorego oderwana iest pieczęc.

AD: 1386 anni